Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift



50

uelut aqua frigida pfunditur. rigescit stringit sinum. 7 dicit.
non pdo labores meos. Infelix pdere non uis labores tuos? Ecce mo
rieris. 7 qui nichil huc attulisti? nichil hinc potes auferre. Cum
nichil abstuleris? nonne pdidisti labores tuos? Audi ergo consi
lium dei. Nolo terrearis? quia dixit facile tribuant communicent.
Audi quod sequitur. Expecta. noli contra me claudere hostium nec
aditum cordis tui? expecta. uis nosse facile tribuant comu
nicent? quia non pdes. et hoc solum non pdes? Thesauriz et sibi in
qui fundamentum bonum in futuro. ut apprehendat ueram uitam. Ista
ergo que te delectat falsa uita est? quasi insomnis hic uiuis.
Si quasi insomnis hic uiuis. euigilaturus es quando morie
ris. et nichil habes inuenire in manibus tuis? quomodo si mendicus
dormiat. 7 insomnis illi ueniat hereditas? nichil illi felicius
ante quam surgat. Videt se insomnis tractare manibus uestes
egregias. preciosa uasa. aurea. 7 argentea. intrare inamenissima.
et amplissima predia? obsequi sibi magnas facultates. Euigilat
et plorat. 7 quomodo uigilans accusat hominem, qui illum expoliauit?
sic illum accusat. qui illum excitauit. Aptissime hinc locutus est
psalmus. dormierunt inquit somnum suum? et nichil inuenerunt omnes
uiri diuitiarum in manibus suis. post ea quam finierunt somnum suum.
Quia ergo nichil attulisti. nichil ablaturus es. mitte sursum quod
inuenisti? et non pdituruus es. Da xpo? xpc hic enim uoluit ac
cipere. Das xpo 7 pdis? Non pdis. Si commendas seruo tuo quod
acquisisti 7 non pdis? commendas domino tuo et pdis? Si com
mendas seruo tuo quod acquisisti 7 non pdis? pdes si commen

des